

**www.e-rara.ch**

**Horapollinis Niloï hieroglyphica**

**Horapollo**

**Amstelodamum, MDCCCXXXV. [1835]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 44111

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-94453>

Addenda.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

COYTEH, *aequitas, justitia*, ab eadem litera, c, incipiat.

Secundum Seyffarth. Op. cit. pag. 162, sub fin. *penna struthionis* Saturni planetae symbolum est.

## CAPUT CXIX.

*Ἄβτη γὰρ ποιῆ πάντα τὰ κτίσματα.*] Aristot. *de Partib. Anim.* IV. 10. pag. 559. E, 560. A. Ἀναξάγορας — φησὶ διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν, φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. εὐλογον δέ, διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων, χεῖρας ἔχειν· τοῦ λαμβάνειν γὰρ χεῖρες ὄργανόν εἰσιν. Cicero *de Nat. Deor.* »multarum artium ministras manus natura »homini dedit.» — Similem significationem manibus tribuere oneirocritae. Cf. Artemid. I. 14. χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἰρηται; cap. 44. χεῖρες εὐτονοὶ καὶ καλαὶ ἐνπραξίαν σημαίνουσι μάλιστα χειροτέχναις καὶ τοῖς διὰ δόσεως καὶ λήψεως ποριζομένοις., et ibid. κοινῇ δὲ ἀμφοτέραι αἱ χεῖρες σημαίνουσι τέχνας, χειρόγραφα, λόγους· τέχνας μὲν, ἐπεὶ διὰ χειρῶν αἱ τέχναι, κ. τ. λ. ubi cf. adnot. Rigaltii, qui plura loca addidit. — Caeterum *manus* ea significatione, quod sciam, in inscriptionibus hieroglyphicis nondum inventa est; sed vox ΤΟΥ, qua *manus* indicatur, non multum differt a nomine dei Thoth, quem omnium artium inventorum Aegyptii putabant. Hebraeis idem מַן *manum* significat et *monumentum*, atque simili ratione, Graecorum χεῖρες, et Latinorum *manus* significant quoque *labores qui manu perficiuntur et actiones.*

## ADDENDA.

Pag. 118. vs. 5. Ne quis dubitet, num forte deus Aeon intelligatur a scriptore, videat hujus imaginem apud Zoëgam in *Dissert.* (\*). Tab. 5. fig. 16. (add. pag. 193, seqq.).

(\*) Georg Zoëga's. *Abhandlungen*, herausgegeben von Fr. G. Welcker.

Pag. 123. vs. 17. Loco ex Artemidori *Oneirocriticis* addatur alius Achmetis *Oneirocr.* cap. 283. ὁ δράκων εἰς πρόσωπον βασιλέως κρίνεται.

Pag. 125. vs. 19. Champollion in *Descript. M. C. X.* pag. 147. T. 2. n°. 5. *serpentem caudam in ore tenentem* symbolum vocat *aeternitatis*.

Pag. 154. vs. 30. Memorandae hic quoque *τριακονταετηρίδες*, sive *periodi annorum triginta*; quarum cognitionem debemus *Inscriptioni Rosettanae*, in qua Ptolemaeus Epiphanes vocatur: κήριος τριακονταετηρίδων καθάπερ ὁ Ἡρασιτος ὁ μέγας. Cf. Champoll. *de Hierogl. Vet. Aeg.* pag. 211, seqq. Ideler in *Enchir. Chron. Mathem. et Techn.* II. pag. 596, seqq.

Pag. 178. vs. 22. Fortasse *vultur* hic confunditur cum *aquila*, de qua Artemid. *Oneirocr.* II. 20. σημαίνει δὲ ὁ αἰτός καὶ τὸν ἐνεσιώτα ἐνιαυτόν· ἔστι γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ πρῶτον ἔτος. Cf. quoque Lib. V. *Somn.* 57.

Pag. 198. vs. 2. Add. Artemid. *Oneirocr.* II. 12. Κυνόκεφαλος ἀνακίται — τῇ σελήνῃ.

Pag. 229. vs. 9. Vasa illa, quibus *Nili aqua* et *fluminis incrementum* indicantur, inserviisse videntur aquae refrigerandae. Cf. Rosellini in *Monument. Aeg. et Nub.* Monum. Civ. Parte II. Tom. I. pag. 388, seq. Tab. XXXIX. n°. 1. et *Descript. Aeg. Antiq.* Vol. I. Tab. 68.

Pag. 237. vs. 7. Quae dicit Horapollo, de *sermone per linguam* et *manus* significato, conveniunt quodammodo cum iis, quae habet Artemid. *Oneirocr.* I. 44, med. Χεῖρες σημαίνουσι — λόγους —, ἐπεὶ ἕνα τοῖς λόγοις αἱ χεῖρες κινουῦνται.

Pag. 240. vs. 20. In nummo Hadriani Alexandriae cuso, notae *IS'* (i. e. 16.) indicant, anno eo, quo nummus cusus erat, Nilum ad 16. cubita adscendisse. Cf. Eckhel in *Init. Doctr. Num.* pag. 26.

Pag. 259. vs. 8. In sequentibus additur *γυμνὸν ἐθειώρει τὸν βασιλέα*, explicandi causa quare cani apponatur, non vero imponatur aut circumponatur regia vestis; quod quum glossator non intelligeret, verba illa *σχῆμα γυμνον* adscripsisse videtur.

Pag. 264. vs. 30. Add. locus Aeliani *de Nat. Anim.* X. 27. *Πτοίαν γὰρ εἰς ἀφροδίσια ἰσχυρὰν ἔχει ἐκείνος βόυς θῆλυς, καὶ ὄργᾳ τοῦ ἀρῆενος μᾶλλον ἀκούσασα γούν τοῦ μυκηματος εἰς τὴν μίξιν θερμώτατα ἐξηνέμωται, καὶ ἐκπέφλεκται. Καὶ οἱ ταῦτά γε συνιδεῖν δεινοί, καὶ ἀπὸ τριακοντα σταδίων ἀκούειν ταύρου βόυν, ἐρωτικὸν σύνθημα, καὶ ἀφροδίσιον μυκομένου, φασί.*

Pag. 278. vs. 7. Similem significationem *pelicano* tribuit Artemid. *Oneirocr.* II, 20. *Πελεκάνες ἄνδρας ἀγνώμονας σημαίνουσι ἀσκόπως τε καὶ ἀλόγως πάντα δρώντας.*

Pag. 284. vs. 14. De *hipporotamo* Typhonis symbolo, cf. quoque Euseb. *Praep. Euang.* III. 12, in. τὸ δὲ δευτερον φῶς τῆς σελήνης ἐν Ἀπόλλωνος πόλει καθιέρωται. ἔστι δὲ τοῦτου σύμβολον ἱερακοπρόσωπος ἄνθρωπος, ζιβύνη χειροῖσιμος *Τυφῶνα ἵπποποτάμῳ εἰκασμένον.* Ex hac autem descriptione facile agnoscimus Horum; jaculo transfigentem Typhonem.

Pag. 298. vs. 11. Recte dicuntur oculi crocodili ante reliquum corpus ex aqua apparere, quoniam supra caput eminent.

Pag. 301. vs. 22. In Obelisco Pamphilensi, vox *divus* in nominibus *Vespasiani* et *Titi* scribitur per *stellam*. Cf. Rosellini *Monum. Aeg. et Nub.* Parte I. T. II. p. 438, 439.

Pag. 233, vs. 20. Add. Tab. nostr. n<sup>o</sup>. 59. a. 59. b.

Pag. 350. vs. 2. Verba *ῥήσσειν* et *ῥίπτειν* saepissime confunduntur in MSS. Cf. interpretes ad Xenoph. Ephes. II. 8.